

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1257

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

«licet sicut accepimus.» datum Viterbii 3 nonas julii anno tercio. 1257 Juli
5 Viterbo.

V aus Reg Vat. tom. 25 fol. 59^r.

213. *Bischof Heinrich von Straßburg und Landgraf Heinrich Sigebert beur-*
5 *kunden den Urtheilsspruch ihrer Vertreter in dem Streite zwischen der Gemeinde*
Lipsheim und dem Kloster St. Arbogast über ein Wegerecht und den Besitz zweier
Höfe in Lipsheim. 1257 August vor der Kirche bei Lipsheim.

H[einricus] dei gracia episcopus Argentinensis et comes H[einricus] Sigebertus
landgravius Alsacie universis presentem paginam inspecturis perpetuam in domino
10 salutem cum noticia subscriptorum. noverint universi, quos nosse fuerit oportu-
num, quod, cum universitas ville in Lupolteszheim diu contendisset cum preposito
et conventu sancti Arbogasti extra muros Argentinenses ipsosque sepius multipli-
citer gravasset super eo, quod dicta universitas volebat et dicebat, se habere debere
15 viam unam publicam per quosdam agros, qui dicuntur gebrette, sitos in superiori
campo in hanno dicte ville Lupolteszheim juxta aquam, que dicitur Andela, spec-
tantes jure proprietatis ad dictam ecclesiam sancti Arbogasti, super eo eciam ipsa
universitas contendisset cum ipsis, quod curia, que dicitur sedelhof, alia curia sita
juxta superiore [predium]^a in dicta villa Lupoltesheim deberent esse almenda ejus-
dem universitatis, tandem procuratores nostri, videlicet Otto plebanus sancti Martini,
20 Fridericus de Erstheim, Waltherus scultetus in Erstheim, quos nos misimus Lupoltesz-
heim ad cognoscendum de jure utriusque partis super via curiis antedictis et ad
decidendum dictam contencionem seu discordiam inter jam dictas partes, sic deci-
derunt statuentes^b per diffinitivam sententiam, auditis hincinde propositis, prestito
juramento ex parte prepositi et conventus predictorum, quod agri ipsi curie jure
25 proprietatis spectarent ad ecclesiam sancti Arbogasti, quod prefata universitas nichil
juris decetero^c habeat nec sibi vindicare poterit in curiis agris antedictis nec eciam
aliquem transitum vel viam aliquam per dictos agros, ne autem inter prefatas partes
super premissis aliqua valeat in posterum questio vel discordia suboriri, presens
pagina perpetuo duratura est super antedictis confecta [et] sigillis nostris in omnium
30 premissorum memoriam sollempniter communita. actum anno domini 1257 apud
Lupolteszheim ante ecclesiam mense augusto, presentibus Conrado milite de Geis-
polteszheim, Heinricho dicto Rybisen, Hugone, Burcardo conversis sancti Arbogasti
et dicta universitate et aliis quam pluribus.

B aus Straßb. Bez.-A. G. 1704 fol. 279^r—280^r Copialbuch von St. Arbogast in der Schrift
des 16ten Jahrh.

214. Alexander IV papa decano ecclesie sancti Leonardi Argentinensis diocesis
mandat, quatinus ad provisionem Conradi canonici ecclesie sancti Thome Argenti-
nensis procedat, pro quo Innocentius papa predecessor decano et capitulo illius

a) B preotem. b) B flauerunt. c) B decreto.